

sed eorum ministerio radicus extitit, transcurrentibus nunc
isti nunc illi transeuntes fluvium a suis stationibus
alios repellabant. Et sic paulatim ingravato bello fortissimis
utrimque et instructis aciebus totus utrimque ^{d)} ad conflictum
in medio fluminis ipsius exercitus concurrebat. Ubi bello usque
ad horam superveniens noctis protracto neutri tamen cedente
victoria magna commissa strage multis quidem per aquas
submersis ^{e)} - nam propter collisionem tanti exercitus in medio
confligentis aque retardate ultra solitum excreverunt in altum -
inter prefatos reges acerrime pugnabatur.

Interim ^{f)} videlicet anno domini 1315. universam Galliam atque ^{g)} Tempus famis in marg. cod.
Germaniam tanta fames afflixit, ut infiniti homines pro faniis
necessitate crudis herbis sicut iumenta pro cibo humano uteren-
tur, et iuxta vias et in plateis civitatum et villarum famelici
siccantes et multi spiritum exalantes cum turgida corporum
inflatione miseram influentibus spectatulum mortis darent.
Hac quidem necessitatis urgente molestia tunc temporis in civi-
tatibus et quibusdam ^{que} ~~quibusdam~~ municipiis popularibus publica propone-
bantur edicta, quod egenis quibusque liceret impune rapere panes
et citas, ubicumque ad fenestras vel ianuas vendales exponerentur.

Post longam igitur et diutinam bellorum concertationem
inter duos ^{coelestos} ~~coelestos~~ predictos ultimum et finale bellum
inter eundem commissum fuit in ducatu Bavariae in campe-
stribus opidi, quod Muldorp appellatur. Ubi victoria cedente
Lodovico, Fredericus captus fuit una cum fratre suo Henrico.

d) utrumque cod. e) submersis ~~cod.~~ f) plateas cod.